



CAROLVS CALVVS Ludouici pij filius, rex Gal-  
 lie, humanus princeps, at supra modū ambitiosus, hic an-  
 te acceptum imperium cum Britonibus & Nortmānis ua-  
 ria dimicauit fortuna, mox Romam accersitus Sarrace-  
 nos urbe expulit. Audita post hac Ludouici nepotis mor-  
 te, Italiam æleri petijt comitatu, & è Ioanne Pontifice dē  
 adema sumpsit imperatorium, anno salu. DCCCLXX.  
 reuersusq; in Gallias, in itinere uxoris fratrē Italiæ præ-  
 ponit. Breui uero Italiā repetens, armatos contra se offer-  
 dit Impe. Ludouici filios, cū quib. confligit apud Veronā,  
 et in fugam profligatus, Mantuā se recepit, ubi curis con-  
 fectus, non sine ueneni suspitiōe, dati à Sedechia Hebreo,  
 obiit āno imperij. VI. Corpus Vercellis exenteratū, post  
 annum septimum, ad S. Dyonisium perlatum est, relicto  
 post se herede Ludouico, cū ex Hermintrude uxore qua-  
 tuor sustulisset.